Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quinificat caro aut non potest quicquid. Cum dixisset non quis manducaverit carnem meam
et biberit sanguinem meum non habet in se vitam. Nec carnaliter intellegerent
spiritum esse in quit quinificat caro autem nihil prodest. Verba quae locutus sum vobis spiritus est et vita.
Hunc spiritum et hanc vitam non sapiebat iste nichodemus. Quomodo potest venerat ad illum.
Dixit ei ihesus. Nisi quis natus fuerit denuo non videbit regnum dei. Et ille carnem suam
sapiens in cui ore non dum sapiebat caro xpi. Quomodo inquit potest homo nasci cum
sit senex. Numquid potest iterum in uentrem matris suae rursum introire et nasci. Hinc
uerat iste in una nativitate et ad a et eua. Ecclesiam et ecclesia non dum noverat.
Hinc noverat in eos parentes quae generant ad mortem. Non dum noverat eos parentes
quae generant ad vitam. Non noverat in eos parentes quae generant successuros.
Non dum noverat eos quae semper uiuentes generant permansuros. Cum quae sint duae
nativitates. Ille una intelligebat. Una est de terra. alia est de celo. una est de
carne. alia est de spiritu. una est de mortalitate. alia de eternitate. una est de
masculo et femina. alia de deo et ecclesia. Si ipse duae singulae sint. nec illa po
test repeti. nec illa. Recte intellexit nichodemus. si nativitatem carnis. Sic
et tu intelligis nativitatem spiritus. quomodo intellexit nichodemus nativitatem car
nis. Quia quae nichodemus intellexit. Numquid potest homo denuo inuentrem ma
tris suae intrare et nasci. Sic quicumque dixerit ut spiritalem rursum nascaris.
responde quid dixit nichodemus. Numquid potest iterum homo in uentrem matris
suae intrare et nasci. Ita natus sum de ada. nunc me iterum potest generare ada.
Ita natus sum de xpo. nunc me iterum potest generare xpc. Quomodo iterum non potest re
peti. sic nec baptismus. Quasi natus est de ecclesia catholica tamquam de sara nasci
deliberam nasci. Quasi natus est de heresi. tamquam de ancilla nasci. si ex se
mine abrahae. Adiuerat carnis suae. quae magnum sacramentum. Testatur dominum et
dicit. Ego sum dominus abrahae et dominus ysaac et dominus iacob. Non erant alii patriarche.
Erat ante istos sanctus noe. quasi solus in toto genere humano cum tota domo
sua meruit de diluuio liberari. in qua et in filius eius figurata est ecclesia.
Ligno portante euadunt diluuium. Deinde postea magnum quasi nomen
quasi sacra scriptura commendat. Moyses fidelis in tota domo eius. Et illi tres
nominantur. quasi soli eum pmeruerunt. Ego sum dominus abrahae et dominus ysaac et
dominus iacob. hoc mihi nomen est in eternum. Sacramentum grande. potens est domine et
ora nostra aperire. et corda nostra. ut dicere possimus sicut reuelare dignatus est.